

**De sancto**

lebitate ac veneratione eorum reliquie fuerunt. Patrapa autem iratus quod ad eum sancti non venissent, omnes vicinos occidit, et ipsum villicum combussit. In eodem vero quo passi sunt loco fontem erupisse et affluens aque copiam aiunt emanasse, siveque dulcedinis abundantia ad presens usque ebullire ut manifeste possit intelligi illos in celo fonte viuo satiari.

**De sancto Gereone cum socijs suis.**

**D**ioeclesius <sup>nus cum maximianum</sup> contra gallias destinasset ubi perniciosus tumultus contra romanum imperium exciterat ei ad supplementum exercitus legionem thebeam que sex milia sexcentos et sexaginta sex milites habebat ire iussit. Fuerunt autem due thebeae. Una in thessalia grece ab ethione dicta, quam cadmus adiunxit alia in egipto quam cadmus condidit. Hec egipti nobilissima ciuitas et opulentissima centum portas habuit, et supernum fluum que de paradiso egreditur sita fuit, ubi iacobus frater domini verbum dei predicauit. Ab hac autem urbe milites illi dicitur thebei christianissimum orientali more susceperant a sancto zabda iherosolimitano episcopo et apud sanctum Marcellinum papam romae firmauerunt quod ante gladius interire elegerunt quam fidem christi acceptari volarent. Hi ergo cum maximiano pernitio fidelium et infidelium exercitu montes alpium transeuntes gallie appropinquabant Maximianus vero compto quod Caranus quidam nobilis insidias contra romani, fines imperii moliretur iuxta gallos et saxonum confinia misit illic peruenti fluminis alueus partem sui exercitus adiungens eidem precipuos belli duces, scilicet Gereonem Victorem Cassium florentium atque Malusum Quos felices tunc christianorum militum sequebatur. Interea maximianus octototum veniens iuxta radices alpium statuto jeli ycolo precepit ut omnis exercitus virum, id est per singulos viros et de viro ad virum se

**Gereone**

stina celebritate concurreret et dijs immolaret. Jam vero Gereonem precesserat agmen. Intelligens igitur referente precone beatum Mauricius cum sua legione se subtraxisse, nec ad immolandum ycolis posse inclinari, precepit eam semel et iterum decumari, et si adhuc qui remanerent mori quod credere mallet omnem illam transmissam legionem ubicumque fuisset dispersa missis milibus statim trucidari. Missi ergo satellites mortis post occisionem beati Mauricii et sociorum eius venerunt veronam ad urbem ubi iuxta ripam veni fluminis reppererunt primarios milites confidentes Cassium et Florentium cum alijs septem similibus, constanter viris aliosque cum eis quam plurimos eiusdem agminis, sed non eiusdem intentionis satellites. Hos cum cognouissent de orientali fuisse presidio seueres contra eos de perfessione fidei scissitati sunt. Quibus illi nec voluntate cordis nec sententia rationis a superioribus discrepant submissis capitibus in eodem loco per christi nomine intercepti sunt. Hec ergo ad beatum Gereonem cuiusque socios numero trecentos et xvij, cum illo pariter fide veritatis armatos persecutor nescio velocius an fama perueniret pregressi tamen paululum ante sublequentes carnifices in campis agrippine ciuitatis magni martirii gloria se inuicem corroborantes prestolantur, sed et qui missi erant a iudice nullam in eis defendendi vel a proposito deficiendi voluntatem, sed constanter nominis christi confessionem inueniunt. Ibi beatus gereon dux egregius cum illis regi ceterum venaculis semetipsus spontaneus obtulit hostiam vero viuentem. Insam vero rottores sanctorum ibidem corpora cruentantes per campi illius planiciem traxerunt et in puteum quendam maximus proiecerunt. Hec itaque dum agerent cohortis illa que beatum victorem comitabatur ad locum cui destinata est properans peruenit ad optatum quod troiam siue rancum nominabant. Ibi cum duce suorum adiutoribus castra in pratis puerant